



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

S. Qvintini Collegivm Malbodiense.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**



Cumque passionem aliquam ut plenè purgaretur vehementer optaret, cancri morbum in dextra mamilla percepit, eumque velut martyrium suum, aut purgatorium dilexit. Sororis suæ VValde-trudis filias, *Aldetrudam* & *Madelbertam*, sic in pietate instituit, ut in monasterij regimine ipsi successerint. Porro Sancta Aldegundis vitæ suæ stadium consummans, cum magna claritate cœlestis luminis, ad vitam migravit æternam. Sepultaque est in villa seu curte Sora; vbi vterque parens tumultus esse dicitur, sed inde translata est Malbodium; quod multis miraculis illustravit. Est autem Malbodium hodie opidum Hannoniæ ad Sabim Fluvium & in eo celebre Canoniarum nobilium, siue Dominarum, aut (ut fundatio habet) ancillarum collegium, quarum Dominio ipsum opidum subijcitur.

S. QVINTINI COLLEGIUM  
*Malbodiense.*

Est in eodem opido insigne Canoniarum collegium, quod *Sancti Quintini* dicitur, ex Malbodiensi Virginum monasterio suam haud dubiè trahens originem. Hi Canonici diuina officia, virginibus non permessa, quotidie celebrant.

¶

CAPVT